

A quendam rusticum similem inveniens Valdemato Marchioni Brandeburgensi defuncto, sine liberis mortuo (a quo Ludovicus Marchionatum fortiter erat) persuasit illi, ut diceret, se olim causa penitentiam peragrare abiisse, mortuumque simulasse; multaque signa ostendens, populum eò perduxit, ut Ludovico luxuriam uxoris & filiarum objicerent, liberisque ejus illegitimos indignosque tanto principatu clamarent. Ob id multas civitates Marchie amisit, quas Boemus occupavit. Sed mox Carolus Ludovicum principatu Brandeburgensi, Bavaria & Carinthia feudalia dando, Norimbergæ concederavit, Marchionemque factum proscriptio imperiali execratus est. *Crantz. l. 9. Metrop. c. 35.*

Mortuo in prælio adversus Matros in Hispan. Aldephonsus rege, Hispanus, qui ei facie perfimilis erat, se Aldephonsum esse finxit, ostendens, propter acceptæ cladis dedecus, ignoto habitu velle orbem tetraurum peragrare. Quibus rebus apud multos (nam præter similem effigiem, multis quoque aliis signis, se verum Aldephonsum ostendere videbatur) tantum profecit, ut magnis hominum numeris Aldephonsum esse eum putaret. Itaque cum ob eam rem multi hominem sequerentur, veritus Aldephonsus, qui in regno successerat, ne inde gravius sibi negotium oriretur, comprehendi eum, atque suspendi iussit. *Fulg. l. 9. c. 16.*

THESAUROS

Condendo.

Matros amnis Hercyniis saltibus effusus præcipiti cursu in Tybicum evolvitur. Hunc plerique Sergetiam in antiquis vocatum asserant, in cuius aversis & mox reducti vado, Decebalum Dacia regem, urgente victicibus armis Trajano Cesare, thesauros condidisse ferunt, quum Barbarus in ea rerum desperatione scilicet crudelior, ne latebræ secreta prodirentur, artifices atque operas ad unum omnes in vestigio perfecti operis necavisset.

Expilando.

Consule Tit. Fures astuti. Illic Resperse, hic respectu hominis, cuius bonum est fortuitum, penduntur.

ASTUTIA IN HIS, QUÆ AD ANIMUM

PERTINENT, OCCUPATA.

Sive jam considerentur

HABITUS ANIMI, BONOS HABITUS IMPEDIRE, evertere: Malos introducere.

Putà

VIRTUTEM astutè promovere.

M. Varro, utile esse Reip. dicit, ut se viri fortes, etiam si falsum sit, ex diis genitos esse credant: ut eo modo animus humanus, velut divina stirpis fiduciam gerens, res magnas aggrediendas præsumat audacius, agat vehementius, & ob hoc impleat ipsa securitate felicitatis. *Aug. l. 2. de Civit. Dei, cap. 4.*

CASITATI ALIORUM ASTUTE INSIDIARI.

Hinc pertinet Tit. Astutia erga Amasios, item in Conjugis conciliandis, quatenus libidini hoc ipso consulitur.

Valerianus Imp. in pietatem Christianam (cui primum favit) favens, adolescentem quandam Christianum in Damocensibus hortulis, super lectum extructum plumis, resupinum poni iussit: & ne se inde excuteret, blandis serico nexibus irretiri. Amotis omnibus arbutis, speciosum scortum iussu prætoris advenit, delicatis trinxit colla complexibus, manibusque, quod dictu scelus est, in libidinem concitat juvenem Christi. Miles Dei præcisam mortu linguam in oculantis se faciem expuit, ac sic victor exiit. *Avent. l. 2. Annal. Bejor. ex D. Hieron.*

Florentius monachus & Presbyter, singularis orator & persecutor Benedicte erat. Itaque aliquando meretriculas septem de prostibulo evocatas, in hortum monasterii adduxit, quas nudæ illic inter se ludendo & cantando, monachos ad libidinem accenderent. Quas infidias intelligens Benedictus, locum mutavit, & paucos fratres secum abduxit. *Vinc. l. 21. c. 56. & Leo Hosten. l. 1. c. 1. & Marul. l. 5. c. 2.*

PRODIGIOS REDDERE.

Eutrapelus quidam inimicis suis blanda quadam ratione nocebat. De eo sic Horat. in 1. Epist. 18.

Eutrapelus cuique nocere volebat Vestimenta dabat pretiosa. Beatus enim iam Cum pulchris tunicis semet nova consilia & spes, Dormiet in lucem, cotto postponet honestum Officium, minus alienos posset: ad unum Traxerit, aut elitoris ager mercede caballum. EFFECTIONES. HUIUS SUNT LOCI, Astutè

EXPLORARE, EXPISCARI ALIORUM VOLUNTATEM, Consilia, Dicta, Facta.

Samson, descendens cum parentibus Thamnatum ad ducendam uxorem, in vineis occurrentem leonem discerpit, perinde ac si hæcudum discerneret: neque tamen id factum Parentibus indicavit. Cæterum cum aliquantò post iterum Thamnatum proficisceretur, ad visendum leonis cadaver deflexit. Ibi cum animadvertisset in ejus corpore examen apum cum melle: vola sua melle excipit inter eundem comedere, fuisseque de eo parentibus edendum dedit. At cum venisset Thamnatum, instructo pro more convivio, triginta sodalibus, qui ad se venerant, hoc ænigma proposuit. Ex edace cibis, & ex feroci exit dulcedo. Ut istud, si intra septem convivii dies explicasset, triginta lineæ ab se acciperent, totidemque vestes elegantes: Sin autem explicare nequiverint, ipsi triginta lineæ, totidemque sibi vestes elegantes darent. Quod ænigma cum illi per triginta dies explicare non possent, die septimo perierunt: ad Samsonem uxore, ut in vitro suo ænigmatis sententiam elabiderent, quam eis indicaret: alioquin sese & eam & ejus domum paternam igni crematuros. Ergo Samsonis uxor apud eum flete, & sese ei odio esse, non amari dicere, qui ænigma proposuit: ad populatibus sibi non parefaceret. Insuper sic apud eum stendo per septem dies. Septima tandem die pervicit, ut declararet ænigma, idque ipsa populatibus exposuit. Itaque die septima ante Solis occasum sic illi dicit: Quid melle dulcius, & quid leone fortius? Et ille: Nisi vitula mea aravisset, meum ænigma non pervectisset. *Iud. l. 14.*

Idem ubi deperisset Dalilam Gazensem, Palaestini, multis ab eo damnis affecti, ad eam veniunt, persuadentes, ut ad Samsonem per blanditias discat, in quo posita sit tanta egi fortitudo, & qua ratione possint eum vincere, & ad subigendum constringere: eique mc. argenteos singuli pacificuntur. Illa apud Samsonem instat. Et, cum tribus vicibus fecisset, indignabunda petit, quo pacto constringi valeat. Tum ille improbitate mulieris rædione cæcatus, omnem suam animum ei aperit, & suo capiti novaculum non admodum fuisse ostendit, quoniam Deo à ventre matris fit devotus: quod si non deat, abstritus à te vires, seque infernum & cæterorum omnium similem fore. Dalila, accessit Palaestinatorum optimaribus, Samsonem in genibus suis conspexit, detonsitque de capite ejus septem circinnis, cepit eum viribus destitutum urgere, & ei Palaestinos instare, dicere. Ille à somno experrectus, nesciens, à se vires discessisse, cum putaret se, sicuti solitus erat, evasurum, à Palaestinis captus Gazamque perductus, in ergastulum effosis oculis ad molendum detrusus fuit. *Iud. l. 16.*

Narrant Midam, utporè tyrannum, corycæos ac subatque scultatores dimittere solitum, per quos, quæcunque per omnem regionem vel ferent, vel dicerentur, cognosceret, nimirum illis utensarium vice. Proinde cum vulgus admiraretur, ab illo resciri etiam eam, quæ clam ac procul fierent, occasione fabulæ dederunt, ut Midas diceretur auricularas asini habere, vel quod nullum aliud animal acris audiat, quam asinos, excepto mure: vel quod aures habeat omnium longissimas. *Erasm.*

Cum Lyfander Thasios cepisset, & illi, qui Atheniensium partes secuti fuerant, sese occultarent, evocationis habitus in templum Herculis, humanissimam orationem habuit: oportere veniam dare his, qui laterent in communi catione rerum, & eos bonum animum gerere iussit: quippe cum eam orationem in templo haberet, idque in civitate Herculis avi. Ergo fidem habentes orationis benignitati prodierunt: Lyfander paucis post diebus eos interfici iussit. *Polyan. l. 1.*

Pericles in Rep. Atheniensium potentissimus. Inimici cum eum apud populum accusare vellent, prius periculum fecerunt, quale populus de ipso iudicium laturus esset, & Phidiam statuarius, Pericles intimè, falso crimine furti accusarunt. Phidias in carcerem conjicitur, & veneno innocens necatur. Pericles Phidiam defenderat, & jam infestorem populum habebat.

A bebat. Sed bello contra Lacedæmonios gliscente, cum Pericles opera egeret Reip. acutatio fuit dilata. *Plut. in Pericle.*

Agathocles Syracusanorum tyrannus, Carthageniensibus terra motus debellatis, diis sacrificavit, amicoque opiparis convivis excepit, depositoque in commensationibus regio ornata, cuiusvis privati hominis tenuitate præferebat. Qua via hoc consuequebatur, primum ut multorum benevolentiam sibi conciliaret: deinde culibet inter pocula loquendi libertate concessa, quo quisque animo esset, verè cognosceret, vino veritatem detegente. *Diod. lib. 20.*

Dionysius major, cum pecuniam à Syracusanis exigeret, mox ejulantes cerneret deprecanteque, ac non esse sibi allegantes: iussit iterum extorqueri, ac bis vel ter idem egit. Ut verò pluribus in diebus ridentes audiret, ac dicticia inter deambulandum in foro jacentes, iussit desistere: Nunc enim nihil, inquit, habent, quando nos contemnunt. *Plut. in Rege apoph.*

Idem, ut cognosceret, quid de se dicerent subditi, musicas feminas & meretrices convocari iussit. Quæ cum magnis præmiis de donatum iri putarent, ille nihil ei donavit: sed meretrices singulas exploravit, adhibitis tormentis, fednam ab amatoribus audiret de tyrannide. Ita cognitis obtreddatoribus, eos partim morte affecit, partim in exilium misit. *Poly. l. 5.*

Idem expeditionem suscipiens, Androni arcem ac pecuniam custodiam commendavit. Eum Hermocrates hortabatur, ut sibi operam suam accommodaret ad obtinendam arcem atque pecunias. Postquam verò falsus Dionysius post paucos dies rediit, cum nihil audiret ab Androne, dixit se ab aliis audivisse omnia: verum ab ipso quoque se velle cognoscere, quinam potissimum occasione arripere voluerit. Andronem deceptum prodidit Hermocratem. Dionysius Andronem quidem interficendum curavit, quod non cõsenti sibi post reditum hoc indicasset: Hermocratem verò in custodiam dedit, quia foretorem ejus in matrimonio habebat, in cuius gratiam eum postmodum in Peloponnesum dimisit. *Idem.*

Idem, cum scire cuperet, quinam in quo animo tyrannidem sciret, navigavit ab Italia in occultum navale: famamque ipsarum, Dionysium à propriis militibus interfecit esse. Cui agrè imperium ejus viderant, concurrunt cum summo gaudio, libique murò casum narrante. Ille comprehensis iis quibus ea res lætitia erat, omnes trucidavit. *Idem.*

Idem morbum simulans, rumore divulgavit, regem in extremo periculo versari. Cum multis ea fama gaudium faceret, ipse cum satellitibus progressus, omnibus conspicendum se præbuit, gaudèsiq. ad mortem rapti imperavit. *Idem.*

In Aug. Cesare adulterium consuetudine legitimus. Hoc & inimici ejus exprobrant, nec amici factum negant, sed excusant: multi in periculum jactatum principem, infiditque tam domesticis, quam externis, ad id non voluptate turpi, sed solerti consilio ductum asserentes, quò facilius scilicet, familiaritate fecimur, quid eorum viri adversari sui, vel sibi suspecti, agerent molirenturque, deprehenderet. Consilia, sive hunc sive aliunde, conjurationes contra eum omnes ferè surgentes oppressas esse. *Petrarbo ex Suet.*

Cum Tiberium ut luxuriosum, & homicidam criminetur Caligula, alii quoque se illi gratum facturos rati, liberis sunt in eum inveni. Tum ille eundem laudavit, & celebravit, & pænas de iis sumpit, qui illi maledixerant. Malè de eo loquentes vituperabat: laudantes oderat, ut amicos ejus: Magnam turbam eorum, qui Tiberium contra patrem, matrem, & fratres ejus irritant, occidit. *Zonaras.*

OCCULTARE, CELARE SUA ALIORUMVE Consilia, Dicta, Facta.

Nempè Institutum. Darames bellum gerens cum Sinopenibus classem habentibus, cum ipse naves fabricare vellet, & fabri decissent, amicitiam cum eis fecit, promittens se Sestum expugnatam eis traditurum, quam omnium infestissimam habebant. Creditur Sinopenes, & hortabantur, ut quibuscunque rebus opus ad bellum haberet, & ab ipsis acciperet. Ille se nulla re alia dixit indigere, cum haberet in immam facultatem pecuniarum atque hominum: verum qui machinas, arces & testudines fabricarent, se nullos habere, quæ res maximè usum præstarent oppugnantibus. Sinopæ omnes ex urbe fabros & architectos ei miserunt. Ille eorum artificibus usus, cum magnam copiam navium, & tormentorum adificasset, oppugnationem à Sesto ad Sinopenem convertit. *Polyan. lib. 7. L. B. Theatr. vit. Homan. Tom. 1.*

Avarum Princeps Chachanus, à Tiberio II. Imp. f. b. brosi sibi pro fruendo balneo mitti petiit. Quos, cum venissent, vi compulsi, ut pontem super Danubium fruerent, quò facilis sibi esset aditus populandi agros Romanorum. *Cusp.*

Odiu.

Philipp. Macedonum Rex in Epist. ad Athenienses, cum in animo haberet, nihil eorum facere, quæ legati ipsorum postulabant: nec tamen nimis durus videri vellet, affirmavit. Se auditis oratoribus eorum assentiri omnibus rebus, quas illi petebant: seque paratum esse inducias facere, si tamen Athenienses missis ad se auctoribus malorum consiliorum, iusto supplicio illos affici passi sint. Literæ regis recitatae à Demosthene in actione pro Ctesiphonte, illic nunc inclusa leguntur. Eodem etiam pacto M. Antonius textit odium suum contra eos, quos Mutinæ obfidebat, docens: se omni pœna eos liberaturum, si imperatorem suum prodissent, quod illi commissuri nullo modo erant: in Epistola enim quam misit Herlio, & Casari, inquit: At militibus inclusis opem feris, nihil motor, eos salvos esse, & ire quò lubet: si tantummodò partiantur perire eum, qui meruit. *V. F. Flor. l. 2. Var. Lell. c. 13.*

Magiam.

Gul. Luranus, ob crimen Magie Picævii damnatus est, anno 1433. die 12. Decemb. testimonis, & confessione propria convictus, quod mutuo obligationis instrumento cum Satana confecto, penes eum deprehensio, renuncians Deo, & sacrificans diabolo, promississet se prædicaturum (ut fecit) fabulas esse quicquid de Magis dicitur, crudele factum esse ad mortem damnati Magos. *Bodinus.*

Adulterium.

David Rex suspicionem adulterii cum Bethsabea commissi astutè effugere conatus, novo scelere homicidii idipsum aggravavit. Vocatum enim è castris Uriam, simulato colloquio de negotiis bellicis, iussit eum domum suam descendere, eo consilio, ut à conjugio blandè susceptus, cum ea concumberet, & sic adulterii suspicio dilueretur. At Uriam, licet inebriato à rege, id recusante, cum videret, hoc pacto consilium suum non succedere, Rex Uriam cum literis amandari ad Joab, efficeret, ut Uriam ab hostibus in oppugnatione Raba à suis desertus, occideretur. Quod Joab diligenter exequutus est. *2. Reg. 11.*

Mulier propè Florentiam publici hospitii uxor, admodum liberalis, cum quodam, cuius usu tenebatur, cubabat in lecto. Accessit interim de improviso & alter, idem quod prior facturus. Quem præteriens scilicet ascendente muliere, atque obviam facta, acriter eum objurgare, & ulterius aditu accere cepit, asserens, non esse tempus, quo ei satisfieri posset, roganisque, ut evestigio abiret. Remittendo, alter candoque cum aliquando tempus retineret, superveniens vir, quid sibi veller ea concertatio, quæ sivit. Femina ad fallendum prompta: Hic, inquit, irato animo in aedes nostras irrupit, supplicem qui huc confugit persequens. Alter qui lætatur, his auditis verbis, prostravit, se ultimum injuriam clamans. Vir de causa dissensionis interrogans, cum ambobus collocutus, pacem composuit, ejusque firmandæ causâ ad communes epulas utrumque admisit. *Poggius in Facetis.*

Tyrannidem.

Tiberius Cæsar C. Caligulae idè imperium reliquisset, quod memoriam scelerum suorum majoribus Cæsi sceleribus obrueret, urque maxima atque nobilissima pars H senatus post mortem suam necaretur. *Dion. Nicias in ejus vita, & Zonaras.*

Abolendo rumori de incensa urbe Nero subdidit reos, & exquisitissimis pœnis affecit, quos vulgus Christianos appellabat. Auctor nominis ejus Christus, qui Tiberio imperiatur, per procuratorem Pontium Pilatum supplicio affectus erat. Igitur primò correpti, qui ferebantur: deinde iudicio eorum multitudo ingens haud perinde crimine incendi, quam odio humani generis, convicti sunt: & percutibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, lamatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi: aut ubi defecisset dies, in usum nocturni luminis uterentur. Hortos suos ei spectaculo Nero obtulerat, & Circense ludicrum edebat, habitu aurige permittus plebi, vel circulo insitens. Unde, quam adversus fontes, & novissima exempla meritos, miseratio oriebatur, tanquam non utilitate publica, sed in favitiam unius absumerentur. *Hæc Tacitus lib. 15.*

Perfidiam.

Israëlis filii, cum propter invidiam fratrem Josephum Madia-

A Madiantibus meretoribus vendidissent 20. argenteis : ne Jacobus pater id resciret, sanguine hodi vericorem ejus...

Alcibiades salutatum profectus Periclem, ut audivit, ei non vacare, sed quemadmodum Atheniensibus Propylaeorum...

Othocarus Boemorum Rex, dum apud Moraviam domo privata sparietur, nihil mali veritus, obruncatus est. Deprehenditur homo Turingus cruento gladio : & prius quam...

Ludovic. Storca Dux Mediolanensis, postquam Carolum VIII. Gallie regem ad inferendum Neapol. regi Ferdinando bellum concitasset, rem attrahere, ac tegere cupiens, & subtilissimo artificio, nunc regis Gallie ad res Italicas propensionem...

Genus, quam regis beneficio teneret, veterique cum Gallie regibus tederis necessitatem excusans, qua illius regis (ut ipse dicebat) postulata audire impulsus fuerat : jam Ferdinando, inter dum Pont. Alex. V. Leparam, Petroque Medici pollicendo, se pro sua virili Caroli ardorem restinguere conaturum : eos in hac spe consopitos retinere nitentur, ne priusquam res in Gallia bene compositae ac stabili forent, aliquis in ipsum motus excitaretur. Atque hac quidem ei facilis credebantur, propterea quod consilium de rege in Italia adducendo, erat vel ipsum Ludovico tantoper periculum, ut fieri haud posse videretur, quin tandem (periculo diligentius expenso) ab incepto pedem esset relaturus. Totam aetatem anni 1492. in hujusmodi negotiis consumpsit Ludovicus sine ulla regis suspitione, ut nec Ferdinandus, nec Pontifex, nec Florentini, de ipsius promissis omnino desperarent, nec eis plane confiderent. Guicciardi. lib. 1.

Habraymus Bassarum princeps apud Solymanum Turcicum Imp. occulte favens Christianis, Marcum Nicolai Venenum, ignobilem meretorem, qui ab Italia mutatis ad celestium jumentis, ad eum Babyloniam agentem cum secretis mandatis ac literis percurrit, rediitque, enatis non temere paulo post huius de ipsius perfidia suspitionibus, Byzantii pro speculatore comprehendit, noctuq; jugulari, & in mare projici jussit, scilicet ut duxendo crimini certius indicium tolleretur, nec inde totius insuetudine atque obsequii legationis causa judicio noceretur. Iovius lib. 23. Hist. Sepulchrum.

Periander Corinthiorum tyrannus, cum vel divinitatis affectatione, vel metu, ne quid gravius a suis post fata pateret, sepulcrum suum ignorari vellet : duos juvenes intempesta nocte per semitam quandam ingredi, obvium primum necate, atque clam sepelire jussit. Post quatuor alios misit, qui duos illos interficerent, & sepelirent. Post quatuor, octo. Inde sexdecim. Sic effectum, ut cum ipse solus primus duobus obvius factus esset, & ab illis interfectus, atque sepultus loco incerto, sepulcrum illius nemo unquam invenire poterit. Laert. in ejus vita.

Thesavros. Vide supra, Thesavros astuti condere Ulicsi VITIO ASTUTA, RATIONE habita Offensa, quam ulciscitur. Vide Locum de ULTIONE, & VINDICTA. REPREHENSIO, ACCUSATIO. Calumnia Astuta. CUPUS REI. V.G. Verbi insolentis.

Cum Nullus legem Agrariam ornaret, utilitatemque ejus exponeret, Urbanam plebem nimium in Rep. posse dixerat, exhauriendamque esse. Id verbum, quamvis rei narrande, vel ante oculos potius ponenda, valde aptum foret, notatum Cicero in concione illi reprobravit, idemque magnam invidiam ipsi contulit : de se enim tanquam delectantia aliqua verba fecisse tribunum, iniquo animo ferre debuit populus Rom. nam quin translatio elegans sit dubitari non potest. Ipse certe Cicero ita postea locutus est in epistola quadam ad Atticum, cum de eadem re ageret. Vitor. lib. 2. Var. lib. cap. 11.

Harefco.

Hilarius Pictaviensis Episcop. cum ad emendationem eorum, qui Ariminensi perfidia subsciperant, librum instructionis plenissima conscripsisset : eum librum, corrupto notario, nocti armuli, multis in locis corrumperunt. Mox eum ad concilium Episcoporum, secundum ea, quae se in bello ipsius noverat corrupisse, uti haereticum arguere ceperunt, & ex ipso autographo, sed adulterate, redarguerunt, & harefcoes noxam iniecerunt. Ille vero de loco cognito, asserionibus, satisfactionibus, & omnibus, quae viventes pro se facere possunt, suam innocentiam tutatus est. Rossin. in Apol. pro Origene.

Tyrannidis.

Sosis quidam, homo improbitate, & audacia apud Syracusanos clarus, dum Dion Dionsium tyrannum in aree obfidenti parat infidias, primum in concione surgens, multa proba ingessit Syracusanis, qui non intelligenter, vacordie & vinolentia explicatis tyrannide Dionysii, vigilantem, & sobrium dominum Dionem accepisse. Inde cum ita se hostem ex professo declarasset Dion, in praesenti ex foro digressus est. Postquam currere per urbem, conspectus est nudus, capite, & facie cruore fadatis, quasi aliquis perfergeret confectantes. Tali specie in forum se conjiciens, ab externis militibus Dionis docuit infidias sibi strandas, & caput suum faucibus ostendit. Multi vicem ejus dolerant, & coorribantur in Dionem, frementes, cum rem indignam, & tyrannicam agere, qui caedibus & periculis extorqueret civibus liberam vocem. Quanquam autem confusa erat, & turbulenta concio, periret eo tamen Dion ad se purgandi, Sosisque demonstravit unius Dionysii fatellium esse stragem, atque per eum impulsus, uti sollicitaret, & concitaret civitatem. Jam cum praeter alia indicia accessissent servi illius, restimonia eum prementes, multa nocte novaculam tenentem egressum solum fuisse, populum Sosis regi capitulis damnari, & Dionem esse placatum. Plut. in Dione.

Bonifac. Africa Comes, virute, & auctoritate florebat, sub Honorio, & Valentiniano III. & Aetio eius glorie videns, ut ipsum aulica machinatione subverteret, apud Placidiam Valentiniani matrem accusavit, quod tyrannidem in Africa moliretur, eamque ad evocandum illum ex Africa incitavit : contra vero literas ad Bonifacium, tanquam amici tangens officio, misit, monens, ipsum apud Augustam illius perfidiam postularum, atque ut Romam eo nomine voceretur, futurum : proinde caveret, ne accederet, si capiti suo consilium vellet. Igitur Placidia Bonifacium accessit. Ille vero in timorem salutis adductus, licet omnino innocens, fidei, ut putabat, Aetii consilio parendum sibi esse duxit, neque Africa pedem extulit. Quam obrem Placidia eo magis fidem ejus suspicam habuit, & dignum hominem, qui bello vincicaretur, exilium dedit. Guntharius, & Genesius, Gundertici Vandalorum regis in Hispania filii, a Bonifacio evocati contra Romanos, Vandalos, & Alanos, frerum Herculeum trajecerunt, ac nullo negotio Mauritaniam juris sui fecerunt, anno nonodécimo, postquam ex Scythia cesserant. Bonifac. assumptis ex Mauritania Vandalis, Sigevultu Comiti summa vi in se ruenti occurrit, atque omni mole, ne Africa ejiceretur, contendit. Cum autem Bonifacii perniciosa Reip. virtus assiduis hominum maledictis laceraretur, Bonifacii amici ipsum in Placidiam gratiam restituere sunt animi. Quippe mirantes, hominem alioqui officii pietatque plenissimum, de fide tam temere decessisse, voluntate Placidiae Carthaginense adherunt, ac de re eum eo collocuti sunt. Ille se excusare, & iusti doloris sui testes, ipsas Aetii literas proferre. Quas ubi legerunt, rationem se reconciliandae invenisse gratiae rati, consenserunt, cum iis Romam ad Placidiam redierant, ac Bonifacium non sua, sed Aetii culpa lapsum esse docuerant. Illa animo perturbata, dolore tamen sapientissimo, nihil cum Aetio expostulavit, ne summum ducem exercituum haberent, & re praeclearé gerentem, alieno tempore irritaretur, eum cum Bonifacii amicis omnia consulti, atque Aetii fraudem detestata juravit, se eamque Bonifacii futuram, si ille pro re Romana stare in animum induxisset, & Barbaros, quos acciverat, ex Africa dimisisset. Bonifacius ab amicis de fraude Aetii, & animo Placidiae erga se certior factus, summa voluntate se facturum, quod illa postulabat, promissit : atque ita ab armis Reip. inferendis discessit, animumque ad Vandalos ex Africa dimittendos, sed frustra, convertit. Inde ex Africa Romam ad Placidiam vocatus, magistri militum dignitatem obtinuit. Mox Aetium veterem suae laudis obrectatorem singulari certamine fidei suae probandae gratia provocavit, commisit loque

A loque Placidiae permisso, prelio superavit. Quam ob causam Aetius dignitate nudatus in agrum se continuit. Tertio inde post mense Bonifacius lethifero morbo tentatus, cum se morti proximum cererer, Pelagiam uxorem, mulierem locupletem, ut Aetio nuberet, oblectavit. Sig. lib. 12. Imp. eccid.

Insidiarum.

Theodoros Santabarinas monachus magus, cum Leonem Caesarem Basilii Imp. siciret virum esse probum : veritus, ut apud patrem rechina detegerentur, Leoni simulata amicitia insidiati cepit, eumque tanquam insidiatorem clam apud Basilium accusare. Idque, inquit, ut credas, ecce cum in venationem prodibis, ensem sub filii veste deprehendes. Mox seorsum suavit imprudens adolescenti, ut enchiridion sub veste in venatione gestaret. Aut enim feram proferrens pater tuo egebit auxilio, ut si quid insidiarum ei paratur, genitorem defendes. Cum itaque pater in venatione ensem sub veste Leonis deprehendisset, carceri includit, & insignia Imperatoriae ademit, effossum eidem oculis, nisi a primoribus & patriarcha fuisset prohibitus. Cusp. Zonara, & Cedren. Stupr.

Gregorius Agrigentinus Episcopus amulos habuit Sabinum, & Crescentium diaconos. Illi ut e medio eum tollerent, noctu inhonestam mulierculam in ejus lecto occultarunt, quae postea producta in publicum, curarunt, ut Gregorius in vincula conjectus transiret Romam. Verum corrupta muliercula a demone, prodidit dolium, quod pecunia ab accusatoribus fuisset corrupta, ut tantum crimen in virum sanctum confingeret. Absolutus igitur ille, loquo, suo restitutus, accusatores vero in exilium acti. Met. in ejus vita. Furti.

Dioxippus athleta fortis, Corinthagum Macedonem militem singulari certamine congressi aulium superaverat. Macedones ejus glorie invidentes, phiala aurea stragulis ejus clam inserta, furti reum peregerunt. Ille doli infamiam non ferens, gladio suo incubuit. Curtius lib. 8.

Cum Paphnutius inter fratres Scythicae solitudinis persancti veraretur, quidam invidia stimulis agitur excoxit, quod pacto eum delicti insimularet, & captata occasione, dum Dominico die Paphnutius cum ceteris ad Ecclesiam convenisset, cellam ejus clanculum adiens, codicem suum inibi absconditum reliquit. Cumque mox & ipse ingressus esse Ecclesiam, precatione solenni peracta, questus est, codicem sibi esse furto sublatum. Mirantibus cunctis, ipse qui deulerat petiit, ne quis ante ab Ecclesia discederet, quam missis fidelibus viris cellae singularum excuterentur. Missi senioribus, codicem inter palmas Paphnutii fidelis inventum referunt. Diu attonitus fuit Paphnutius, neque ausus esse negare, quod tam aperto affirmatum iudicio, & ut sibi pernam, quia iustitiam imponerent, rogavit. At demum Dei iudicio factum est, ut ejus innocentiam auctor ad demone arreptus, nequitiam suam ac dolos confitendo proderet. Qui postea Paphnutii solius oratione iterum curatus est. Marulus lib. 5. c. 2.

Veni.

Drusus tribunus plebis tradit caprinum bibisse, cum pallore, & invidia veneni sibi dati insimulare Q. Cepionem inimicum vellet. Plin. lib. 28. cap. 9.

QUOMODO.

Litterarum imitatio, literis falsis. Sylvanus, cum Gallia Germanis assiduis rapinis atque incendiis vexaretur, peditum magister ad ea mala prohibenda missus, egregie se gerere cum cepisset, multorum in se invidiam concitavit. Ob eam rem Dynamius praefectus, ut ipsum everteret, insidias ei paravit, quippe literas ejus commendatas ad amicos quosdam nactus, eas incolumi subscriptione delevit, atque hanc sententiam reposuit : Rogare amicos agentes intra palatium, ut se altiora molentem, ac prope diem solum principis adiuturum juvarent : literis vero prolatis, ad Dynamium praefectus electus est, ut haec pro imperatore inquireret. Ita confessorio habito, omnes, quos ille nominavit, comprehensit, & cum literis ad eum evocandum Apodemum mittit, qui nullis redditus literis, in Gallia substituit. Interim Dynamius, alias his contentiens confinxit nomine Sylvani, & Malarchi ad tribunum fabricae Cremonensis, a quibus ut concisus monebatur, parare properet cuncta : qui lectis literis non intelligens, quid id rei esset, literas ad Malarchum misit, oblectans, ut diceret aperte, quae vellet. Malarchus suam, & Sylvani vicem sollicitus, adhibitis L.B.T. beaur. vis. Human. Tom. 1.

Francis, quorum magna in Palatio multitudo florebat, erectus loqui in aperis insidias cepit. Cum autem Constantius Imp. rem cognovisset, Florentinus agens pro magistro officiorum, animadversis in literis priorum verborum literis, rem aliter esse quam dicitur Sylvanus, Constantium docuit. Ea de causa Dynamius in tormentis est habitus, sed tamen absolutus conspiratione multorum. His rebus cognitis, Sylvanus veritus, ne propter mollem Constantii animum abens damnaretur, Francis magna mercede ad se abductis, Agrippinae insignia Augustala sumpsit. Sig. lib. 6. Imp. eccid.

Actier dimicavit contra Leonem, & Constantium Imp. Joannes Damascenus, ob defensionem cultus imaginum, & cum Episcopis Orientis Imperatorem excommunicavit. Leo per fallarium literas scribit curat, tanquam ad se Joanne scriptas, quibus se urbem Graecis proditum polliceretur. Eas literas Saracenorum regi Leo misit, ut sibi Joanne caveret. Joan. Patriarcha in vita Damasceni. Auctor tamen sermonis de Conversatione Damasceni, haec ad paedagogum ejus esse facta dicit. Saracenus itaque ei brachium praecidit, seu (ut alter narrat) digitum, quem imago S. Mariae invocata ipsi dicitur restituisse. Canis. lib. 5. Mariani cap. 19.

Jo. Jacobus Schutz, a Troubach, patre scriba natus, cum Melchiori Engersheimio Consuli Seleccionadiensi infensus esset, clam nomine ejus, manum, & sigillum ejus egregie imitatus, literas fingit ad Enshheimensem Senatum, quibus se paratum ajebat, noctu praedidum in urbem accipere, & Seleccionadium Rom. regi prodere. Literas illas non quidem Senatus transmissit, sed eas civibus quibusdam seditionis privatim ostendit, sibi a Materno Batio Enshheimensi tabellario clam transmissas dicitans. Haec ratione plerumque ita concitavit, ut & Melchior Consul, & Maternus de vita sint periclitati, donec pater Materni (a quo scie literas Schurzios accepisse dixerat) consulto in medium productus Colmaria, & a Schurzio minime agnitus, non obcurum fecisset indicium fraudis contra Melchiorum commissae. Ob quam Argentinae capite plexus, & in quatuor partes dissectus fuit Schurzios : Melchior & honoris, & bonis restitutus. B. Rheanus lib. 3. rerum Germanic.

Litterarum subjectione.

Pharnabazus Persarum regis praefectus in Asia, Lyandrum apud Spartanos acculaverat, quod Provinciam suam vastaret. Ephori scytala missa cum revocaverunt domum. Lyander allata ad eum in Hellepontum scytala percussus, & Pharnabazi potissimum formidans crimina, affectavit ad dirimendam controversiam cum eo congressi. In colloquio otavit eum, ut per literas de se ad magistratum alteras, paulo ipsi injuria affectum esse, neque quicquam traheret queri. Pharnabazus omnia recepit se facturum : at in proproculo quidem, qualem stababat Lyander, epistolam conscripsit, clam vero alteram habebat jam exaratam, & inter signandum commutatit codicillos, nihil inter se specie discrepantes, tradiditque Lyandro illum occulte scriptum. Reversus Lacedaemonem Lyander, atque, ut motis est, ad curiam profectus, reddidit Ephoris Pharnabazi literas, pro certo habens, maximum crimen suum esse sopitum : Pharnabazum enim Lacedaemoni, quod inter regios praefectus fuisset in bello promptissimum, charum habebat. Ut vero lectas literas Ephori ostenderunt Lyandro, & hic animadvertit, non unum Ulysem scilicet esse callidum : necessarium sibi iter esse ad Ammonis delubrum, & sacrificia, quae ante praerium voverat, reddenda, simulans, ab Ephoris aegre dimissus est. Plut. in Lyandro, & Polyneus lib. 7.

Scripti. Styli imitatio.

Anaximenes Lampacenus, Philo sophus, cum ingenio vasto esset, & topicitatum orationem aptissime imitaretur, suscepta cum Theopompo Damascitratu filio simulatae, histeriam conscripsit, maledictorum in Atheniensis, Lacedaemonios, & Thebanos plenissimam. Ad uanquam vero cum Theopompi stylum expressisset, supposito ejus nomine, per Graeciae civitates librum divulgandum curavit. Quae res Theopompo magnam apud omnes Graecos invidiam concitavit. Pausanias lib. 6.

Chirographo falso.

Theophilus Alexandrinus Episcopus, cum rescisset, nobilem matronam Alexandrinam Iudoro Presbytero mille aureos numerasse in pauperum usus distribuendos : sibi non traditos graviter ferens, post duos menses synodum cogit, & prolata charta fingit eam sibi ab annis 184. quoda contra Iudorum oblatam : verum se multitudine negotiorum obturatum, Q9 2

Atum, auctori iudicium dare neglexisse: nunc vero conscientia stimulis adactum, de Sodomie vitio Isidorum crimen intente. Subornat quin etiam puerum 15. aureorum precio, qui coram Isidorum accusaret. Qui tamen metu percussus, aufugit. Isidorus, quamvis innocentiam suam declarasset, invidiam tamen Episc. in exilium eiecit est. Antonin. Tit. 10. cap. 9. & Palladius.

Confessione culpe.

Chilpericus Francorum Rex, Meroveo filio, obductam Brunehildem patrii Sigeberti Mediomatricum regis uxorem, & regnum attemptatum, in monachum attonso, coadmo Episcoporum Concilio, Prætextatum Rotomagensium Episcopum accusavit, crimini dans, ab eo omnium gnarum iunctam Meroveo Brunehildem, largitioneque sollicitat. Dolo victus est Prætextatus, submissis qui velut vicem eius solliciti, per speciem amicitiae monerent, e periculo per vera, per falsa se eriperet: Regem animo pacatum, ac probe scire eum infontem, sed causa invidiam videri velle: fatendo culpam, veniam ac gratiam insuper regis promeriturum. Patribus jam compertam innocentiam, collusionem futurum deinde, non iudicium. Igitur postridie in patrum concessu præsentem rege, Meroveum, inquit, quod è facto delubro eum exceperam, impuli, ut regnum appeteret: quem etiam Angelum caelestem facere optassem. Tunc rex testatur patres, quod ipsi coram audissent, postulabat, ne voce sua damnatum abolverent: & reum, ne quid ultra effari posset, regii irrumpentes obvoluto capite abstraxerunt. In Insulam Oceani Constantiensis diocesis relegatus est. Amiliius lib. 1.

Testimonio falso.

Methodius Patriarcha Constantinopolitanus, ob cultum imaginum ab Adversariis summo habebatur odio. Corruptum in publicum scortum multa pecunia, effeceruntque ut hunc stupri accusaret coram totius Senatus primoribus. Quæ omnia Methodius æquo animo tulit, donec ed impulerunt virum sanctum, ut coram Manuele magistro, multisque primoribus Senatus, nulla alia purgatione uteretur, sed paucis verbis præfatus, limbo vestis subducto, membrum virile tabidum, & enervatum ostenderet. Ibi cum Manuel mulierculam accepit, & acrius instat, ut verum fateatur: scortum sceleris auctores indicat, & se pecuniis ac promissionibus illectam proficitur. Methodius accusatores à pecunia suis precibus liberavit. Culp.

Sabinus, & Crescentinus, Gregorii Argentinii Episc. sanctissimi diaconi, quod gravibus ab eo essent reprehensio ob facinorosa sua mala, inito federe, in eius perniciem conspirant: mulierem impudicam subornant, eamque pecunia corruptam in eius thalamum clam, ipsoque inscio, abduunt. At cum ad eam esset ingressus Episcopus, in cubile irruunt, omnia clamoribus ac tumultu implent, comprehensum per totam urbem trahunt: ac tandem custoditæ, inclusis ligno pedibus, tradunt. Cum autem per Eparchum, urgentibus accusatoribus, non posset componi, Romam vincus ad Pontificem deportatur, ibique similiter carcere in tertium usque annum ex cruciatur. Sed in Synodo innocentiam eius Deus patefecit: Meretrix etenim à demone correpta, accusatorum improbitatem detexit. Gregorius igitur absolutus, illi in exilium acti sunt. Simeon Metaphrastes in eius vita.

Laudationis simulatione.

Aristoxenus, cum indoctum Socratem pariterque rudem & lascivum appellasset, subiecit: Ceterum nullo scelere fuit contactus. Plut. de Herod. malig. Imaginibus. Quidam Athanasio Patriarchæ Constantinopolitano insensit, cum Xerolophi cellis veraretur, è patriarchico solio scabellum furat, Christi Servatoris, & altera ex parte Imperatoris Andronici Palæologi imaginem frons in ore gerens, quod Artemus alter Patriarcha ut scissor equimoderatur, in eo depinxere, & in loco suo reposuere. Quidam eam fabulam vulgarunt, & Patriarcham apud Imperatorem impietatis reum egerunt. Ille convictos calumniatores diuissimo mancipavit carceri. Gregorius lib. 8.

Quando.

Plinius in præfatione Historie mundi scribit, Asinium Polionem paratice in Plancum orationes, quas post mortem ejus esset editurus, ne respondere posset. Plancum, ubi hoc sciscivisset, cum mortuus non nisi larvas luctari, dixisse. Quo dicto ita esse orationes illas reperculas, ut apud eruditos nihil impudentius haberetur. Livius in lib. 3. August. de Civitate Dei, cap. 17. DEFENSIO, EXCUSATIO ASTUTA. Cujus, PUTA Adulterii. Isabella Fulca, metu, ne adulteria, quæ Venetiis cum Ugolino Gonzaga, & Dandulo Veneto duce paraverat, vindicaretur, Luchinum maritum Vicecomitem veneno sustulit. Jovianus in Luchini vita. Perfidia. Vide Tit. Injurandum calidè interpretari. Pace Antalcidia, ab Antalcida Spartano prodita sunt Græcæ urbes à Spartanis Artaxerxi Persarum regi. Quod cum quidam Agefilao regi cum gemtu objicerent, dicentes: Miseram Græciam, ubi Lacones nobis cum Medis sentiunt! Minime, inquit, sed sentiunt cum Laconibus Medi. Atqui maculam rei non detestis illius dicti festivitatis: sed imperium in prospera pugna apud Leuctra perdidit, gloriaturque insuper Spartæ illo effudere. Plut. in Artaxerxe. Scribit Thucydides, Phrynicum ducentem Atheniensium Sami, cum milites Alcibiadem ab exilio reducturi essent, navarcho Lacedæmoniorum nunciasset, se velle illi prodere exercitum. Cum autem Alcibiades eas literas accepisset, & Atheniensibus misisset: Phrynicus, qui penè interfecisset fuerit, denuò scribit navarcho, quid accidisset: expostulans, & denuò proditorum, se proditorum illi exercitum, si aggrediretur. Quod cum significasset, prædixit militibus, Aliteram venturam esse epistolam contra se, ab Alcibiade: & monuit, ut hostium sequentium imperium caverent. Quæ cum sic accidissent, tum literis allatis, tum facta impressione, milites omnia, & nunc, & prius, contra Phrynicum ex odio ab Alcibiade facta esse crediderunt: hinc proverbium eorum, οπισθεν προδοσικα. Suidas, & Polyæn. lib. 3. Amurates III. Turc. Imp. Pandolovium nobilem Poloni, missum à Stephano rege in Anatoliã, ut equos sibi emeret, contra saluum conductum, in reditu, cum audisset Cosakos noviter impressionem in Turciam fecisse, per Zaufum revocatum, cum 34. famulis in sylvam ductum occidit juste, & equos Constantinopolim duxit. Mustapham Zaufum postea misit ad Reg. Poloniae, qui factum excusaret, injusti videlicet Sultani legatum necatum: auctores cadis vix triobularios nebulones, qui forte aliis ob maleficium capitis damnati erant, ipsi vicissim obtulit. H. Henningi in General. Turc. Imp. Lavocini. Cleomenes Prædoni, qui popularis finis & comprehensus dicebat, Cum non haberem unde militibus commearus expedirem, ad eos, qui abundabant, nec ultro præbebant, per vim rapturus, me converti Concilia, inquit, malitia. Plut. in Apoph. Furti. Cæcum, & pedibus captum accusabat olitor ingressos fuisse hortum, & fructus ejus comedisse. Respondenti cæco, At nihil video, nec hortum, nec arbores: capio pedibus dicenti, Non sunt mihi pedes quibus iverim, regressit olitor. Cæcus captum pedibus bajulavit, hic duxit. Sic conjuncti fecerant, quod nunquam forissem potuissent. Hæreses. Petrus Pomponatus, Mantuanus Monachus, de animæ immortalitate ex professo scripsit, & miris sophismatibus impietatis suæ patronum Aristotelem introducere conatus est. A legato ergo Bononiensi ob impium dogma accitit, & Utrum immortalis esse animam crederet? interrogatur. Non credo, respondit. Ibi exclamantibus universis, tendens subintravit: Immortalem esse non credo, sed scio, haque re in jocum versa, impudè dimissus est. Meminit illius quoque Joan. Pierus lib. 5. de Dæmonum prestigis. Belli injuria. Quam è sociorum literis, vaticinque rumoribus, Sigismundus Ungariæ rex accepisset, Turcos Mysiam invasisse, in divina humanaque se vivere, omnia igni ferroque vastare ad Bajazethem continuò legatum misit, monens, ut & provincia, in qua jus nullum se habere novisset, & alienis rebus manum abstinere, si quid fas, quod æquum foret, rectè sciret. Distulit ille responsum, donec in unquam tere Provinciam occupavit: deinde quum domos armis militarisisset, accito legato: Sat sibi juris esse, respondit, quando patries etiam sua jura præferrent. Bonfin. lib. 2. Der. 3. Quo.

QUOMODO. NEMPE Negatione.

M. Antonius orator, idcirco se aiebat nullam orationem scripsisse, ut si quid superiore iudicio actum ei, quem postea defensusus esset, nociturum foret, non dictum à se, assertum posset. Qui, facti vix prudentis, tolerabilem causam habuit: pro periclitantur enim capite non solum eloquentia sua uti, sed etiam veterandæ abuti erat paratus. Val. Max. lib. 7. cap. 3. Testimonio falso. Advocatus quidam cum summa vi contenderet, Asinum inter bestias non haberi, neque text. ad hoc citet, allegavit commentitium Rub. de Anis & Bestiis, C. lib. 22. & hac mendaci auctoritate Montanum iudicem decepit. Math. Matheslanus sing. suo 96. loco, Risa. Andreas Matinea, Patavinus, pictor excellentissimus, Innocentio VII. Pont. Max. Augustissimum delubrum in palatio Vaticano pinxit: ubi cum sacerdotum aliquod dari uni ex filiis suis diu frustra sperasset, justus aliquando à Pont. septem vitia capitalia pingeret, de industria fecit, ut vacaret locus, in quo expressit Ingratitudinem. Interrogatus autem à Pont. cur, cum septem sint tantum vitia, octavum addidit? respondit, Et quia locus vacabat, & quia nullum vitium ingratitudine magis invidium est. Tum Pontifex subridens: Rectè tu sanè, inquit: Sed quoniam ex hoc latere octo vitia apparent, quamvis septem tantum sint: ita quoque à regione in altero latere septem illi virtutibus extra ordinem addes Patencium. Bern. Scardeonius lib. 3. Hist. Pat. Maximilianus I. Imp. clementissimus in nobiles, qui decorebant, cuidam juveni optulari volens, mandavit illi, ut à civitate quadam peteret centum millia florenorum. Quicquid impetratum esset dexteritate legari, pro lucro ducebatur. Legatus igitur millia quinquaginta extorsit, ac Cæsari triginta reddidit. Quæstores obsecrunt plus acceptum fuisse, quam exhibitum; & Cæsarem ad exigendam rationem non semel hortati, nobilissimum dextergestivante, ut ipsis tandem præsentibus rationem redderet, obtinere. Tum C. Nobilis, Non ut multi suspicantur, peculatus conscientia, sed ignorantia impedit, quò minus acceptæ pecunie rationes jamdudum reddiderim. Hi vero, qui tibi assident, Cæsar, cum uli hæc sibi familiaria reddiderint, tuo jussu exemplum edant: ut quam in accipiendo facilem, tam quoque in reddendo acurum imitatorum me esse te ipsa intelligant. Cæsar ingeniosam libertatem juvenis admiratus, rationes in aliud tempus se dilaturum simulavit. Joan. Pezagr. Petroselinus.

ASTUS IN CORPORIS BONIS AUT MALIS PROMOVENDIS VEL IMPEDIENDIS. NEMPE VITAM SUAM ASTUTE Conservare. Aduatione.

L. Vitellius, clarus propter Syriam, quam Provinciam obtinuerat, cum cognovisset odium in se concitandum esse apud Caligulam Imp. propter præclara sua in Syria, & contra vitrabanum facta: vocatus à Cæsare, simulare cepit se longè in morem esse opinionem. Ad pedes igitur ex mera assentione & provolutus Cæsi, profundere magnam lacrymarum vim cepit, divinos honores tribuit, se ei sacra facturum pollicitus est. Unde Imperatoris iram adeo placavit, ut non solum vivere, sed ex intimis amicis etiam haud postremum esse vellet. Xiphilinus ex Diono. Hæresis nuncupatione. Romani duce Tito, Templum Hierosolymitanum obfidebant. Judæi ignem porticibus iniecerunt, & Romanos exusserunt. Eorum autem, quos ignis obcederat, Artorius quidam caliditate servatus est. Appellato enim clara voce Lucio quodam commilitone, & contubernali suo, Hæredem te, inquit, relinquo totius patrimonii mei, si me exceperis. Cum autem ille prompto animo accurrisset, ipse quidem, quise in eum proijceret, vixit: Lucius vero pondere oppressus, constitit quoque lapidibus solo allatus, continuò perierit. Iosph. lib. 7. cap. 6. Belli Indaci. Periculi simulatione. Narrat Theod. lib. 3. cap. 2. Julianum in adolescentia sua metu tyrannidis Constantii, qui propinquos suos jugulari curabat, pietatem simulasse, & in Lectorum cotum scite ab L. B. T. beaur. vii. Hieman. Tom. I.

didisse, & in eo sacros libros populo fecitasse, ac tandem Eadem Maxima martyris extruere cepisse: Verum fundamenta ejus templi, antequam consecraretur, imitata animi ejus mutabilitatem, collapsa esse.

Literis Adulterinis.

Cum in pugna ad Salaminem Artemisia Caræ regina, quæ à partibus Xerxis pugnavat, videret Articam navim, cuius trierarchus Amianus Palleneus, sibi instantem, neque illum effugium superesse, in navem sociam, quæ erat viroturn Calyndensium, impegit, qua rex Calyndensium Damastihymus vehebatur (cum quo simulatas jam inde ex Helleponto ei intercedebant) eamque consultò demersit, prospere casu usa, & duplex hinc bonum adeptæ: Nam trierarchus Articæ navis eam conspicuus incurrisse Barbarorum navem, existimans hanc aut Græcam esse navem, aut è Barbaris profugisse, & à Græcis pugnare, ab hac ad alias se convertit Xerxes verò conspecto hoc facinore, & navim demersam Græcam ratus, præcipue cum nemo ex ea navi videretur sic, qui Artemisiam acculate posset, exclamavit: Viri quidem mulieres, mulieres verò viri mihi extiterunt. Herodot. lib. 8. & Polyænus lib. 8. Quum Heraclius Imp. Cosroem Persarum regem bello persequeretur, quidam Persa Cosroæ per calumniam significat, Sarbarum sive Baram ducem suum rebus Romanis studere. Rex collegæ ejus Cardarich, qui tum apud Chalcedonem erat, mandavit ut Sarbarum occideret, exercitumque recepto in Persidem contendat. Tabellarius in finibus Galatiæ à Romanis interceptus, Byzantium ad Imperatoris filium adductus est. Is Sarbaro accito, literas monstravit. Sarbarus literis Cosroæ adulteratis, alios 400. sarrapas, ac principes ac tribunos militum inscribit, quasi eos fecum interfici rex jussisset. Tum toto exercitu, & Cardarica convocatis, epistolam recitat. Ergo Cosroæ regnum abrogat, & cum Heracho pacem faciunt, ea conditione, ut abique maleficio domum discedat. Cardaricus Zonas verò sic scribit: Hormisdas Persarum rex, ut Baram ducentium victum esse cognovit, abrogato illi imperio, vestem muliebrem misit, ac legato per litteras mandavit, ut eum occideret. Baras, literas ab Hormida ad se missas esse comminiscitur, quibus toti exercitui munitur, easque militibus omnibus prælegit. Sinitò igitur Hormisdam aggressi, castrum in carcere coniecerunt, oculis erutis, & Cosroem regem elegerunt. Is patri aliquandiu omnem cultum præstitit. Demum verò, cum nihil, quod à filio proficeretur, gratum haberet, eum latera sustibus tundendo occidit jussit. Erat Aurelianus Imperator, quemadmodum ceteris in rebus virtute admodum præstant, ita humani sanguinis plus quam bono principi æquum esset, avidior. Is cum ad Persicam expeditionem iter facere cepisset, & propter quædam errata Mnesteo liberto, quem à manu haberat, non sine interminatione successisse videretur: libertus qui optimè sciret, principem leviter nec comminari, nec pericere solere: ut eo se timore liberaret, literas, tanquam Aureliani manu scriptas, confinxit, atque in eis quorundam nomina notavit, quos aut parum gratos principi, aut eis non multo ante ipsam esse interminationem norat, inter ea nomina suum quoque scripsit. Cum autem non sine timoris significatione, adactis ante juramento, rem in occulto servaturos, has literas eorum quibusdam, qui inscripti erant, ostendisset, à se casu inventas dixit, cum principi excidissent, qui eas Tribunis daturus erat, ut non H. minati interimerent illi, ut Aureliani mortem suæ anteverterent, eum postero die occiderunt. Ex Vopisco & Eutropio. Sab. lib. 7. Enn. 7. Jo. Jacobus Medicus, qui postea ad Marchionatus Marignani dignitatem pervenit, stipabat Hieronymi Moroni Mediolanensis latus. Ab eo conductus ad necem illius viri Hectoris Vicecomitis, peracto facinore, amandatus est in arcem Musi, eo consilio, ut regendi facinoris causa, ipse cum aliis consiliis illic interficeretur. Ceterum ut suspiciosa est improbitas, cum nesciret literas, apertam epistolam à socio legi jubet. Infidius cognitis, sublato sigillo, alias fieri curat, quibus imperator, ut præfectus arce commissa ei, statim se Mediolanum conferat. Qua fraude occupata, arce, & præfidiariis in suas partes peractis, eam adversus Noricos, Mediolani ducem, ipsius quintem Cæsaris præfectus sic turatus est, ut summi ducis, strenuissimi militis, maximi Imperatoris nomen, & opinionem meruerit. Inde multis præclaris victoriis Cæsari reconciliatus, Prorex in Boemia creatus est. Demum aliis ex Q3 3 ped-

A dam in colloquio esse oblitum : interim telum, quod latebat protulit, nudatumque vagina, veste textit, ac Darami venienti ait, digredientem se animadvertisse, locum quendam, qui erat in conspectu, ad castra ponenda esse idoneum. Quem cum digito monstraret, & ille conspiceret, adversum ferro transfixit : & prius quam quisquam posset succurrere, interfecit. Ita ille vir, qui multos consilio, neminem perfidia ceperat, simulata captus est amicitia. *Probus, & Plut. in Darami, Polyen. lib. 7.*

Mithridates Pontifex, adversus Ariarathem nepotem, Cappadociae regem, bellum susceperat. Sed cum Ariarathis vires opinione majores offendisset : ut in colloquium venire vellet, ab Ariarathae petiit, missis utrinque, qui explorarent, ne occulte in colloquium arma ferrent. Cum is qui Mithridatis corpus praesentabat, manum sub veste ad baltheum poneret, Mithridates subridens dixit, Cave ne si inferiorem partem manu petieris, alium quam quem quaeris pugionem invenias. Is virilia dici arbitratus, quaerere ultra abstinuit. Remansit igitur in ea parte penes Mithridatem parvus pugio, quo nepotem, dum alloqueretur, interemir. *Fulg. lib. 7. cap. 3.*

Radamistus, Phasaminus, Hyberiae regis filius (quae regio his temporibus Georgiana appellatur) simulata cum patre discordia, quod ei novercam superinduxerat, ad avunculum Mithridatem, Armeniae regem, profugit. Ab eo benigne exceptus, filiae quoque matrimonio dignus factus, clam Mithridatis populos subornavit, ac fingens se cum patre in gratiam redisse, ad eum profectus, omnia quae egerat, detexit. Iraque paratis ingentibus copiis, sub eo praetextu, ut in Albanos arma moveret, in Armeniam adversus avunculum signa ferri iussit, eumque ab omnibus suis deserturum, in arce Gorneas obedit. Sed cum non omnia pro voto succederent, nova prodicione primam cumulare volens, data fide avunculum ad colloquium traxit. Hic cum gentis more amborum pollices colligandi essent, ut haustum ex eis sanguinem uterque gustaret : is cui vincendi munus erat injunctum, fingens ad terram funes concidisse, illis Mithridatis pedes quoniam. Radamistus eum cum uxore ac liberis cepit : & quoniam neque ferro, neque veneno eos lesaturam promiserat, culcitra oppressos, praclusa anima necavit. *Fulg. lib. 9. cap. 6.*

Mithridates Ponti rex, a Lucullo frequenter superatus, insidiis eum appetit per Adathanam quendam. Receptus ille tanquam transfuga a Lucullo in gregem equitum, cum frequentibus excursionibus promptam & enixam operam praestaret, fide acquisita, tempus elegit, quo missa principia quietem omnibus castris dabant, pratorumque secretis praestabant. Casus adjuvit Lucullum. Nam qui ad vigilantem usque admitti solebat, fatigatum nocturnis cogitationibus, illo tempore quiescentem invenit. Cum deinde, tanquam nunciaturus aliquid subitum ac necessarium, intrare vellet, & pertinaciter a servis valetudini domini consulentibus excluderetur : veritus, ne suspectus esset equis, quos ante portam paratos habebat, ad Mithridatem refugit irritus. *Front. lib. 2. cap. 5. & Plut. in Lucullo.*

Constantinus Diogenes, a Constantino Imper. ad Sermonem Sirmi dominum legatus missus, interposito iurejurando affirmavit, cupere se ipsum convenire, ac de rebus necessariis colloqui : quod si ipse insidias vereretur, tribus tantum famulis stipatum se ad ripam profuentis ibi amnis accessurum : idem ipse quoque faceret. Obtemperat Sermo atque hoc modo cum Diogene congregitur. Ibi cum jam colloquuti essent, Diogenes pugionem, quem in sinu abditum gestabat, subditi in laus Sermonis adiecit, eumque interfecit. *Cedrenus.*

Clothario I. I. Francorum rege mortuo, Magistri equitum simulatione regiae majestatis regendae, de administratione rerum pro opibus quibusque suis majore auctoritate decernunt. Ebroinus mortuo Ercebaldo valida fatione subnixus, praeterito Childerico Austrasie rege, Theodorico fratrem ejus natu minorem, Francia regem salutat, ab illo Magistri equitum dictus. At armis victus a Childerico, cum se in Burgundiam recepisset, deinde Childericus in venatione occisus esset, Theodorici quidem in solio reponitur, ac pro Ebroino Franci Leudesium Ercebaldi filium Magistrum Equitum creaverunt. Ebroinus relicto Monasterio, cui inclusus erat, summa celeritate vias regem cepit : atque ab eo Magister equitum dictus, Leudesium simulato colloquio circumventum

occidit. Cumque ab Austrasians mortuo Ulfaldo E. Martini, & Pipinus fratres pariter, Duces salutarerentur, victi sunt ab Ebroino in Laudunensium finibus. Martini, evocatus ab Ebroino in colloquium, nullum pignus postulavit, nisi sanctissimi iurijurandi supra sanctorum corpora concepti. Nec ille conditionem aspernatus, ad conditoria sanctorum, prius exemptis clam corporibus, adjuravit. Se illi minime oscurum : sin fidem falleret, in caput suum detestatus scerotes, perniciemque, ac exitium, inferenturumque penas. Sic divos eludens, hostem improvidum excepit, interemitque, donec ab Ermenefredo & Francia nobilitate etiam ipse occideretur. *Amilius lib. 1.*

Canutus Erici II. Danorum regis F. bellica virtute clariss. Sclavis domitis, Nicolao Danorum regi patruo formidabilis, cum se sincerè purgasset, à magno Nicolai F. quod eo vivo patri nunquam successurum putaret, cum conjuratis oppressus est. Consilii hujus laqueos, humi decumbentes, necabant, ut si rem casu detegi contigisset, nunquam stando, sed evadendo salutem inchoatorem se esse, tunc jurare possent. Magnus inde contracta circa P. Sialandiam nobilium frequentia, Canutoque circa divinum Natalis solemne convivendi gratia Roskildiam vocato, Sacrae sibi peregrinationis amorem incessit dixit : conjugis ipsam ac liberorum tutorem constituit, eique plenissimam rei familiaris suae custodiam mandat. Inburga Canuti uxor virum, ut praeparatas capiti suo vitare insidias, in missi literis monuit. Ille se non minus fidei in Magni, quam uxoris praecordis reponere dixit. Inretra magnatibus apud Roskildiam quatuor solemniis dies contumuo feriatis, Canutus ac Magnus, publico jam conventu soluto, sacri temporis residuum dividuo peregrino conobterno. Nocte qua facinus peragendum erat, consilii se sequi iussit, iurejurando obstrictos fidem facere compulsi, silentio se cuncta tecturos. Inde Canutum apud oppidum Haraldium, per conjuratorum quendam, genere Saxonen, arte cantorem, sine arbitris sibi obvium venire jubet ad proximam villam nemus. Ille nihil doli suspicatus, duobus tantum militibus totidemque equilonibus in comitatu assumptis, inermis equum conscendit, & vix monitus gladium sumpsit. Tunc canor, quod Canutum Saxonicis & ritus & nominis amanti simum visisset, cum iurijurandi religio, quod minus eum aperte moneret, obstitit, sub involucro rem prode conatus ; Grimildæ erga fratres perfidiam memorate adortus, famosæ fraudis exemplo similitudinem ei metum injicere tentabat : quinque autem loca, quam vultu vestigia, summa detexit. Sed ne eo quidem suspitionis irrimemento referum fortitudine peccus movere potuit. Canutus in primo sylva aditu à Magno fictis oculis excipitur. Quem ut loricatorum agnovit, Quid hoc tibi velle? querit. At ille, Se rusticus cupidam domum invadere velle, respondit. Tum Canutus, Ne privata ira solemne Epiphania festum macularet, orabat. Quo, neque se ultionem remissurum, neque proposito cessurum, jurante, ipse satisfactionis iusta promittere, suamque pro ejus correctione sponsonem offerre cepit. Obstrepentibus deinde iis, qui in insidiis latebant, quid sibi militum haec manus velit, interrogat. Cui Magnus, jam de regni successione, & rerum summa agendum, respondit. Tum Canutus, patre ejus vivo, actionem hanc & supervacua, & impiam esse respondit. Hæc dicentis verticem exillens Magnus objurgantis more corripuit. Canutus gladio manum admovit. Eo ipso loco fons largissimus faturire cepit. Cadaver ejus rex Roskildiam inferri vetuit, ne populi animos, ejus mortem indignissime ferentis, contra filium magis accenderet. Itaque tenui funere Reingestadium elatus est. Ibi concio populi Magnam Reip. hostem pronunciat, & regno excedere jubet. Quod cum Nicolaus rex indignè ferret, eo etiam deserto, Ericum Canuti fratrem regem designavit. Is Lotharium Imp. contra Nicolaum excivit, sed inani conatu. Inde ad Magnum Norvegorum regem confugit. Cujus insidias fugiens, à Lalandenibus susceptus, reparatis viribus Magnum Nicolai F. ac vicium occidit. Nicolaus fugiens, Slesvici populari tumultu oppressus est. *Saxo lib. 12.*

Ejecto Erico Pomerano rege, Svetici regni gubernator Carolus Canutus constituitur. Hujus filius Ericus Puke invadebat. Venit res ab armis ad colloquium. Carolus in eo loco, ubi proceres regni conveniant, clam ingratos odore excitari curavit, eaque occasione domum illam, utpote pesti-

peram, relinquendam monens, in arce vicina reliqua negotia expediri iussit. In quam cum perventum esset, Carolus Ericum captum, & Stocholmiam missum, capite plecti curavit. Olaus autem Upsalensis, & Thomas Strengensis Pontifices, qui fidem Erico pro Carolo dederant, tantum doluerunt, se illis comitiis interfuisset, ut nunquam postea facta obire, aut comitiis regi interesse voluerint. *Jo. Magnus lib. 22. cap. 14.*

Herluimus quendam ex Francia proceribus, Arnolphus, Flandriae comes, bello premebatur, arcemque Monstreeoli ei abstulerat. Ille apud Hugonem magnum ducem implorat opem. Sed illo aures clausas habente, Herluimus Normannorum ducem Gueliolum, partem afflictiorum, refugium oppressorum, adit. Ille statim pro Herluimi causa bellum indixit Flandriae comiti, & arcem Monstreeoli expugnatam Herluimo restituit. Arnolphus simulata amicitia per legatum Ducis colloquium petit. Ubi dies adventi, dux cum copiis in pagum proficiscitur Ambiacensem : ad Sumæ fluminis ripam castra collocat. Ex adverso Corbeje retendit Arnolphus. Erat in Sumæ fluminis medio insula. Hanc petit Arnolphus, quatuor solis comitatus : oraque ducem, ut duodecim stipatus, dignetur adesse. Arnolphus Herluimo ignoscit, in Guelioli clientelam se committit, & quia liberis careret, cum sibi successorem optat. His atque hujusmodi in aliquot horas producto sermone, amplexati discesserunt. Arnolphum duo ex suis in naviculam manibus deportabant, quia podagricus erat. Gueliolum duodecim comites ire iussit, in insula, ipse cum solo remige concessit in alteram castram. Cum jam medium annem teneret, accurrunt quatuor Arnolphi milites, gladiis sub veste contentis : acclamant à ripa, Quod praecipuum ferret, id omisum esse : ab Arnolpho se missos indicatum. Credidit ille, & flexit in insulam, duodecim militibus medium annem tenentibus. Ubi propius dux accessit, eductis gladiis confosidat virum incomparabilem. Stabant agmina ejus armata in ripa, sed flumine disclusa, adesse principi non poterant. Latrones cum domino ad cohortes suas reversi sunt, anno Salutis 943. *Cal. Jan. Crantz. lib. 1. Norvegiae cap. 35.*

Societatis spe.

Oroetes Sardiniae praefectus, cum in animo haberet Polycratem Samiorum tyrannum capere, & avarum esse sciret : simulat se à rege Cambyse velle desicere, & Polycratem sese conjungere. Implet igitur octo scrinia lapidibus, superficie tenus aurum infertur, & Maandrio legato Polycratem ostendit. Polycratem se comperit, quamvis multis cum dehortantibus & oraculis & somniis, ad Oroetem spe auri potantius profectus, captus, & in cruce suffixus fuit. *Herod. lib. 3.*

Halyates, Lydorum rex, ut Colophonios equitatu spoliaret, societatem cum eis inivit, temperque ex militibus equites majoribus muneribus affect. Postmodò Sardis splendidum eis commeatum, & duplex stipendium pollicitus, cum equites, extra civitatem castra habentes, equisonibus equos traderent, & in urbem festinant, ad duplicatum stipendium, Halyates clausis portis, eos ad unum interfecit, atque eorum equos suis armatis concessit. *Polyen. lib. 7.*

Agathocles, cum superasset Leontinos, Dinocratem ducentium militum in urbem, qui diceret, Ei cum Dionysio gloriae contentionem esse, quod vellet eos conservare, & quemadmodum ille conservare Italos ad Eleporum fluvium praelio devictos. Crediderunt Leontini, pecuniam dederunt. Agathocles ingressus, iussit eos in concionem inermes convenire. Dux interrogabat, Cui videretur idem, quod Agathoclis, is manum tolleret. Agathocles igitur : Mihi, inquit, placet omnes occidere. Decem ergo milia militum, qui circumstitebant, omnes in concione trucidavit. *Polyen. lib. 5.*

Mainardus Novæ domus princeps, cum suis artibus alienata nobilitate, Hulfis memorabili praelio superasset, multa milia cepisset : omnes eos perdere statuit, qui erant in castris exacta, cadibus & rapinis afflicti, nunquam quieti viderentur. Sed metuens, ne simul quoque innocentes interficeret, qui ex agris coacti ad pugnam venerant : voce praconis edici jubet, Nondum bellum peractum esse, fugisse Coaphonem, Thaboritarum equitum praefectum, Coloniæ expugnari oportere, viciniamque per circuitum genes, quae regnum populatentur, armis domandas. Ad eam rem necessarios, qui sub Procopio militassent, viros fortes & in bello exercitatos : decretum eis ex publico stipendium, donec

regnum pacaretur. Proinde omnes qui stipendia facere vellet, in horrea sese proxima reciperent, caverent, ne rudes in expertoque belli secum admittent : illos sua ruta, suosque lares repetere posse. Introverunt horrea (quae apud Boemos in villis ex maceria culmo tecta frequentant) Thaboritarum, & Orphanorum aliquot milia, homines nigri, ad solem, & ventum indurati, aspectu retrii atque horribiles, & qui circa sumum in castris vixissent, aquilinis oculis, impexo cruce, promissa barba, corporibus proceris, membris hispidis, cute adeo dura, ut ferrum quasi lorica repulsa videretur. Clausa sunt confestim ostia, & ignis immixtus horreis, colluviem illam hominum exussit. *Aeneas Syl. cap. 51. hist. Boem.*

Jacobus Picinius à Ferdinando rege Neapolitanorum accessit, ceu magno stipendio inauditorandus, Francisco Sforcia Mediolanensium duce, qui illi filiam desponderat, auctore, Neapolim magno comitatu proficiscitur. Hic captus, custodiaeque traditus, quo genere fit mortis sublatum, parum convenit. Fuere qui crederent, fuisse Francicum Sforciam ejus consilii haud ignarum, blanditumque Picinio novam affinitatem, ut magis obsequentem haberet. Horruere ambo (ut fertur) Picinii nomen, quum Mediolanum cætera Italia, ob patris memoriam, militaremque ipsius gloriam popularem, ob idque in ejus morte conspiratum. *Sabell. lib. 7. Ennead. 10.*

Reconciliationis simulatione. Ferdinandus Neapolitanorum rex, confecto bello Neapolitano, exulibus ex federe reductis in praesentia ignovir : paulo post eum de omnibus, praeter Salernitanum principem, & Bialmanensis liberos, qui vix astu evaserant, victa fœderis religione supplicium sumpsit. Joannem Ant. Marcianum, qui trigessimam jam & quartam annum in carcere asservabatur, trucidavit, crudeliter tyrannus, & immanis. *Brunus lib. 8. hist. Flor.*

Cæsar Borgia Valentinus Ursinus, qui à se defeccerat, simulata reconciliatione captos trucidavit. *Sabell. Enn. 10.*

Honoris, Adorationis simulatione. Herodes Judæorum rex, cum à Magis cognovisset, natum esse Judæorum regem Bethlehem : praecipit illis, ut Bethlehemem profecti, diligenter de eo inquirerent, sibi quem G adoratur id renuntiarent. In animo enim habebat, Christum medio tollere. At cum Magi Angeli monitu alia via domum profecti essent : ira percitus Herodes, pueros omnes intra bimatum constitutos Bethlehemem interficere iussit, sperans, se hac ratione etiam regem natum extinguere posse. Verum hanc quoque veritatem illius Angelus elusit, admonito in somnis Josepho, ut cum Maria & puero in Aegyptum fugeret. *Matthæi 2.*

Perfa quidam, simulans se velle adorare Haumar Amicam Saracenorum, infixio in ventrem ejus gladio peremit eum. *Siegh. in Chronica.*

Proditionis spe falsa. Per eos dies, quibus Galli in arcem, ab Neapolitanis civibus recepto rege suo Ferdinando II. Aragonio, compulsi, continenti tormentorum ictu graviter vexarentur, atque obfessi magna rerum necessarium penuria premerentur : cum Aethiops servus, qui tum apud Gallos erat, se incensurum Gallicam classem, & aditum Aragoniis in sanctæ Crucis templum statuta nocte praebiturum polliceretur : Ferdinandus Davalus Pifcarius, summae virtutis dux, in ipso eratis focius, ejus nefarii hominis singulari perfidia crudeliter est interceptus. Namque ille peregre proditor, perfidia plane servili, & plusquam Punica, quum doli ac insidiarum ordinem Gallis detulisset, & ab his opimo praemio ditaretur, Pifcarium intempesta nocte ad colloquium evocavit, evadentemque militati scala in summam hortorum maceriem, & in caput exportectum, sagitta lunata repente emissa jugulavit. Corruentem familiares, qui aderant, quam frustra exigere conati essent, ipsum jam exanimem luto impositum extulerunt. Tantus verò mox luctus, ejus viri morte per quem multorum planctu ac lacrymis enunciata, civis quem ac milites occupavit : ut ea nocte spes omnis patrie jam prope victoriam amissa esse, ac deinceps ipsa Neapolis ab hostibus capta videretur. *Jovius l. 3. & Guicciard. l. 2.*

Conjugii spe. Hecuba mœsta, quod duo filii fortissimi Hector, & Troilus ab Achille intercepti essent, Alexandrum filium accessit, hortatur, ut se, & suos fratres vindicaret, insidias Achilli faceret, & cum nec opinantè occideret. Quoniam rogaverit sibi Polyc-

A lyxenam dari in matrimonium, se ad eum missam Priami verbis, ut pacem fœdusque inter se confirmarent. In fano Apollinis Tymbræi, ante portam, Achilli sub specie colloqui insidias collocari posse. Nocturne eliguntur exercitu fortissimi, & in fano Apollinis collocantur, signum accipiunt. Hecuba ad Achillem, sicuti condixerat, nuncium mittit. Achilles lætus, Polyxenam amans, postera die cum Antiocho filio Nestoris ad constitutum locum venit. Ex insidiis erumpit Paris. Achilles brachio sinistro chlamyde involuto, multos occidit. Alexander Antiochum interemit, ipsumque Achillem multis plagis confodit. *Dares Phrygius.*

Antoninus Catacalla Artabanum Parthorum regem frequentibus literis, & muneribus pellexit, ut sibi filiam matrimonio locaret: ex ea affinitate futurum prædicans, ut duobus mundi imperiis, Parthico, & Romano, fœdere & necessitudine conjunctis, omnes gentes in terris quietem agerent, ac si quæ minus pacatæ essent, fore, ut non multo post imperio subjugarentur. Abiit primò Artabanus, cautus, non licere Romano homini extranarum gentium B sectari connubium. Verùm studium, & charitatem rei uxoriæ iurejurando Rom. Imperator pollicitus, eò regem pepulit, ut filiam se locaturum promiserit. Hanc aniam ille nactus, Artabanum foecum, seque generum vocat. Barbari in connubio læti, tanquam sempiternam cum Rom. Pop. pacem habituri, quam maximo poterant rerum apparatu Romanum venientem expectabant. Ubi igitur appropinquare dictus est, rex cum magno procerum comitatu extra regiam genero prodit obviam: Parthique cum eo indignis floribus coronati, auroque & purpura vestiti, ad tibiarium tympanorumque cantum choreas agentes, quibus gens ipsa supra modum delectatur, ac nimè maxime quum sese largius vino inivirarunt. Romani autem instructi, inermes Parthos ex composito invadunt. Fœda ibi cædes edita: vix Artabanus à suis in equum sublatus celeri fuga servatus est. Ingens hominum multitudo in vestigio cæta, sed multò major in fuga. Sunt inde Romana arma longè lateque per Parthicos fines cum viciorum, & villarum incendio, multaque hominum cæde, ad libitum evagata, multiplexque præda parva. Nulla unquam expeditio majorem suggestationem Romano nomini attulit, ut multò factius fuerit vinci, quam perdidit pluviam Punica Romanam indolem fœdare. *Sabli. 5. Enead. 7. ex Herodiano.*

Gurmundo in Galliarum partibus interfecto, & Barbarorum jugo à Britannicis collis ea occasione jam depulso: gens Hibernica ad consuetas artis inique disciplinas non inefficaci molimine statim recurrit. Cum igitur ea tempestate filiam regis Medensis Omachlachelini Turgesius admasstrat: Rex ille vires sub pectore versans, filiam suam concedens, ad insulam quandam Medie, in stagno Lochyrenò illam cum quindecim puellis egregiis ei missurum se spondit. Quibus & Turgesius gavitus, cum totidem nobilioribus gentis sue staturo die, & loco obviam venit: & inveniens in insula quindecim adolescentes imberbes, animosos, & ad hoc electos, sub habitu puellarum dolum pallianres, cultellis, quos occultè secum attulerant, statim inret amplexus Turgesius cum suis occubuit. *Sylvest. Giraldus in Hibernia.*

Agathocles, Ophellam Cyrenensem cum ingentibus copiis militansem, audiens amantem esse puerorum, obidem ei proprium filium misit Heraclidem, egregia forma præditum: præceptumque dedit puero, ut paucos dies remperferret. Venit puer. Cyrenensis elegantia ac speciositate victus, eum amplectebatur, omnique studio colebat. Agathocles tepenè Syracusis adductus, Ophellam occidit, omnemque exercitum ejus ad se tradidit, & filium nulla injuria affectum, aut corruptum, recepit. *Bolyen. lib. 5.*

Boemæ Amazones, duce Valasæ, Boemiam tributariam sibi reddiderant, & ut nobiles adolescentes amoris specie circumventos trucidarent, talem astum excogitant. Fingunt se virorum amore teneti, amatorias epistolulas nobilibus adolescentibus mittunt, detestantur insolentiam Valasæ, simulant fugam, rogant, ut in sylvam potent manu veniant, ac sese rapiant. Juvenes qui puellarum facinorosa magis admirarentur, quam odissent, victi blanditiis, captivæ nonnullarum specie, imperata faciunt. Sed ingressi sylvas, insidiis circumventi trucidantur. Alii nova fraude in artem Dievixim vocantur, Valasam velut per

proditionem comprehensum. Qui mox intromissi, ad Eanum necantur. Sarca erat inter puellas admodum honesta facie, sed animo impuro, & ad omne scelus parato. Hanc in altissimo nemore stridit pedibus ac manibus arbori alligant, tubamque venatoriam, ac vasculum medone plenum juxta ponunt. Ipsa in insidiis haud procul delitescit. Sira- dus sive Stradus nobilis filius, cum sylvam venaturus intrasset, puellamque vincitum suspicatus esset, miserabundus, Quid tibi ea res vellet, percontatur. Sarca se de fuga suspectam arbori à Valasæ alligatam, jam jamque telis confingendam fuisse dixit: sed strepitu canum territis Amazones, se relicta audivisse. Sira dus ejus miserus, Sarcam solvit, ea propinante medonem medicatū, quo mente alienaretur, bibi- bit. Mox tubam inflans Sarca signum dat suis. Quæ pro- perè accurrunt, Sira dum, comitibus interfectis, inspectantibus Boemis, qui artem Vilegradensem tuebantur, rotæ supplicio afficiunt. Sed non multo post Valasæ simili astu cum suis capta est. *Enead. Syl. in hist. Boem.*

Alexander Medices Florentinorum dux, Caroli V. Cæsar- is gener, levitate juvenili in venerem usque adeò procrax eras, & præcepit, ut Laurentii patris exemplo, novis semper stupris ac adulteriis obnoxie gauderet. Ea de causa nocte per urbem cum armatis sæpe ita vagabatur, ut nonnumquam contracto cum obvis cruento certamine, summum vitæ dis- crimine adiret. In ejus intantum familiaritatem sensim sese miro astu insinuat Laurentius Medices, Mediceorum omnium Alexandro sanguine maxime propinquus, ætate ferè æquali, ipsique paternæ domus cubiculari adeò con- junctis, ut secretiore officio ac commendantum committerentur, communicatis scilicet seræ clavibus, quibus, quum utri- que luberet, sine arbitrio conveniendi facultas daretur. Nam unde facile capi princeps poterat, amatoriarum cupiditatis, quibus ille insatiabilis, & vagus semper arderet, unus ipse Laurentius & conscius, & arbiter erat effectus. Quibus ille- cebis se incautum facile oppressurum, & patriam tyrannide liberaturum, adversæ factionis hominibus pollicebatur. Cùmque per certos homines hæc ejus verba princeps recitasset, & Laurentio exprobrasset: ad ea ille absolutæ simulationis proditor, composito vultu subridens, ita respondit, ut cuncta ea quæ Strozza dixisset, vera esse fateretur: verum non inepto artificio jampridem ab se instituta, ut hæc subrepti- G mulatione secreta omnia è præcordiis inimicorum eruan- tur, & saluti dignitatisque prospiciantur principis. Erat in vi- cinia matrona pernobilis, sed inexpugnabilis pudicitia. Hanc ad tendendas insidias idoneam ratus, conciliando ejus amoris operam suam, arque ingenium amanti obtulit, eaque nocte, quæ Januariæ donas anni 1539. antecessit, postquam cœna- tum est, Laurentius in aurem Alexandri insulstrans, dicit, in adamata muliere expugnatum esse pudorem peritiosibus atque promissis, eademque nocte etiam in complexum ejus deventuram: ea tamen conditione, ut totum illi religiosum silentio consecret, & quæ ejus nomine ex sua fide præmia pepigerit, liberaliter præstet. Annuit Alexander, statim- que cœnaculo exiens in domum attingit ipsius Laurentii (ut sæpe aliàs) deducitur, ablegareque ab se cubicularios duos qui aderant jubetur, ne illi quicquam ex re composita instantique subodorari possent. Sistrum ergo incautus prin- ceptis in cubiculo, ipsoque etiam proditoris lecto, ut ibi tan- tius per conquelescat & expectet, donec intempesta nox adsit. Tum verò compositis è lententia insidiis, juvenem Scortum- culum nomine, sibi à pedibus famulantem, cui ipse homici- dii reo vitam à principe impetrarat, introducit, & principem dormientem primus vulnerat, quem famulus planè conse- cit, & in eodem lecto reposuit. Nec quicquam ad tantæ rei strepitum è familia accurrit, quòd Laurentius multum an- tea ad fallendos familiares, cum sodalibus eo in cubiculo multa cum vociferatione scabellis & scutis, hastisque collu- strati, ad imaginemque jocose exercitationis perstrere consueisset, ut in eam diem dolum pararet. Ipse imperatus equis publicis, & apertendæ urbis portæ testera, cum sicariis suis Venetias profugit. *Jovius Silius in Comment. ad ann. 1539.*

Liberatis spe evocando.
Mahometus II. Turcorum tyrannus, capta Constantino- poli, ut omnem nobilitatem extingueret, justis præconis vo- ce nunciari. Quisquis de nobilibus aere pestoloso vellet redi- mtere, id ei liberum fore. Erupere de latibulis miseri speran- tes libertatem. Detrecti principes civitatum, suo proditi in- dicio, omnes gladio cæsi fuere. *Crantz. 22. Vandaliæ. 18.*

Ludi simulatione.
A Otho de Vitilbach, comes Palatinus, cum intimos quos- dam regis amicos occidisset, hocque ipso à se Philippum regem Rom. aversisset, illiusque filiam nuptiis desperatis filiam duci Poloniae deposceret, inque eam rem literas è rege commendatarias peteret, exemplar proferens, quo sibi profuturas speraret literas: rex verbo assensus, quòd feroci viro, ut filiam, se cognatam, putabat esse negan- dam, literas alias subiecit. Otho dolium veritus, resigna- tas scribam jussit sibi interpretari, cum ipse literas ignora- ret. Scriba se excusare, & nese in vitæ apertum discrimen coniceret, obstetari. Ergo pepercit precanti, & reperit alium, qui literas interpretaretur. Mox stratis equis re- versus in palatium, certis locis disponens, qui ab eum ejus tuerentur, nudato gladio ludibundus regii triclinii feres potens intromittitur: ubi quoque ludens gladium verba- bat. Increpitus à rege, & neque locum, neque tempus di- gliadiandi esse dicente: respondit ille: Et locus, & tempus censeo polucunt: hocque dicto regem confodit, Bambergæ anno 1208. Dum stupent, quadiarent, ille dispositis per media custodiibus gladium versans, eques abivit. Otho IV. Philippus emulus regum potius, & Philippi filia in uxorem ducta, proscriptio publica damnavit homicidam: qui non longè post ab Henrico Caladino, & Ulonis filio (quem ille quoque occiderat) obrunctus est ad Danubium, defe- ctuque caput in profluentem projectum. *Crantz. lib. 7. Sax. cap. 28. Et 29.*

Permutatio armorum simulatione.
Frotho Danorum rex, Norvegiæ regem Frogerum, aliàs Frogerum, ad singulare certamen provocat. At cum lege duelli cautum extet, ne alter alterum extra circum pug- næ destinatum impeteret, Frotho majorem vitæ, quam legis rationem habens, postulat, ut Frogerus ante ingressum pugnæ arma secum permutet. Quod cum Frogerus an- nueretur, atque à se gladium, armaque permutandi cautè ab- jiceret, à Frothone Dano dolosè traniverberatur. At Go- tharus Gothorum, & Suenonum rex, ejus gener, acie vi- ctum Frothone interfecit, à robore corporis Virgetum di- ctum. *Jo. Magnus lib. 4. cap. 3.*

Federe.
C Claudio imperante, Pharfamenes Iberis imperabat: frater ejus Mithridatis Armenis. Radamistus Pharfame- nis F. simulata adversus patrem discordia, tanquam nover- cæ odii impar, ad patrum fugiens, primò regem Arme- niæ ad res novas excitavit: deinde spe reconciliationis ad patrem reversus paratis insidiis aperuit. Pharfamenes bellum Mithridati indixit, causas confingens, quòd sibi adversus regem Albanorum, & Romanos, noluerit opem ferre, copiasque filio tradidit. Qui subita irruptione Mi- thridatem campis exutum, in castellum Gorgoneas compul- sit, militibus & loco tutum. Cælius Pollio, qui militibus præerat, obfidionis impatiens, milites corripit, ut pacem flagitarent. Compulsus Mithridates diem, locumque fœdere accepit. Hic cum gentis more amborum pollices col- ligandi essent, ut haustum ex eis sanguinem uterque gu- staret: is cui vincendi munus erat injunctum, fingens ad terram funes decidisse, illis Mithridatis pedes implicuit, at- que ita eum cum uxore, & liberis cepit: & quoniam ne- que ferro, neque veneno eos se læsurum promiserat, cul- citris oppressos necavit. *Fulgos. lib. 9. cap. 6. Enead. cap. 39. D. Asia, ex Strabone.*

Paño, Promisso.
Herodias agrè ferens Joannis Baptistæ reprehensio- nem, Herodem de eo tollendo infligare non dubitabat. At is eunectabat, seditionem metuens, cum populus omnis Joannem veluti prophetam coleret. Herodias die natali Herodis, cum rex convivis indulgeret, filiam He- rodiadem ex composito triclinium ingredi, & coram rege saltare compulit. Ea re delectatus Herodes, petere eam jussit, quicquid vellet, vel dimidium regni, se optata præ- stitutum. Illa à matre instructa, caput Joannis Baptistæ petit. Rex igitur, quamvis penitentia ductus, qua tamen fidem suam in dubium vocari nollet, Joannem in carcere securi percussit, & caput saltatrici dedit. Sed læbe- ratam hanc astutiam post regni exitu uterque luit. *Matthei 14. Marc. 16.*

Jovem ferunt amore Semeles Cadmi F. Thebis Beotidis captum, cum ea sæpius concubuisse. Junonem zelo, & ira motam, sumpta unius ex Semeles ancillis forma ad ulciscen- dum injuriam, suasse illi ab Jove petere, ut ea majestate, ho-

noreque secum concumberet, quibus cum Junone con- B fueisset. Quod postularum annuens Jupiter, cum tonitru, ac fulmine ad Semelem descendit. Quæ in solita re territa, & fulguris splendore oppressa, fulminis ardore afflata, expi- rans abortiva est. Edidit ante tempus filium Jupiter abscon- ditum in femore cum tenuisset, partus tempore editum in Nylam Arabiæ urbem tulit: ubi à Nymphis educatus in- fans, à patre, locoque appellatus à Græcis Dionysius est. *Diod. lib. 3. cap. 5.*

Parysatis Artaxerxis mater, indignè admodum ferens, Cyrum F. quem potius, quam Artaxerem, regnare cupie- bat, in prælio cæsum, omnes eos, qui ejus percussores fuerat, crudeliter persecuta est. Mithridatem, qui secundum tem- pora Cyrum vulneraverat, Scaphæ supplicio affecti. Ca- rem, qui poplitem jaculo confixerat, per dies decem excru- ciavit, inde oculis effosis in aures servens ens infillavit, dum expiraret. Caput, & manum Cyri præciderat Melabates regis eunuchus ex more Perfarum, regis iussa. Hic ubi an- sam dedit ipse adversus se nullam, hanc technam est in caput ejus Parysatis commenta. Fuit cætera ingeniosa. Fua spontè mulier, & alea ludendi artifex. Quare ante bellum crebrò F cum rege ludebat alea, & post bellum restituta in gratiam, eam familiaritatem non declinabat regis, ut & cum eo lude- ret, atque armorum conscia, administraque in iis, & adjuvix esset: ac planè minimam ejus fruenti, & cum eo consuetu- dinem habendi Saryæ faciebatur copiam, cum supra omnes illi insecta, tum plurimum ipsa affectans apud regem posse. Igitur cum captisset aliquando languentem otio Artaxerem, provocavit eum ad aleam in mille Daricos ludendum: ac vincere factu ei permittit, representavitque argentum: Si- mulans autem dolere, ac pungi victam se, perivit, ut de integro aleam jacerent de eunuchis. Gessit ei morem ille. Pacti, ut qui nos uterque, reciperet fidissimos: ex reliquis, quem vi- ctor legisset, ut daret victus: hæc lege luserunt. Cum inten- tus esse, atque in ludum incubuisset, præterea cecidisset ei fe- liciter alea, victrix Melabatem sumit (neque enim de exem- ptis erat) & prius, quam quid ageretur, adoraret rex, tradi- dit eum carnificibus, vivumque præcepit excoriari, ac cor- pus tranversum in tres sustolli cruce, & pellem scorum pa- lo suffigi. His actis, cum accensus rex in eam flomacharetur, illa cum risu cavillata: Hominem jucundum, inquit, & egre- G gium: qui senis improbi eunuchi excandescis gratia, ego mil- le alea perditis Daricis taceo, & acquiesco. Ita rex impositum sibi esse dolens obtulit. *Plutarch. in Artaxerxe.*

Religionis obsequio.
Perfarum satrapæ de perendo Daniele propheta astutum, captantem consilium sub Dario, ne videlicet quisquam spatio aliquot dierum à quoquam deo quid peteret, quam ab rege ipso: qui secus fecisset, capitale subiret pœnam. Erant enim consilii, Danielem quotidie tribus vicibus ad Deum suum orare consuevisse. *Dan. 6.* Quemadmodum sub Nabucodo- nofore multò ante Medi ad perdendos Eumuchos Judæos tres, aureæ statuæ erigendæ auctores fuerant. *Dan. 3.*

Servitio.
Othinus magus Norvagenium regi Vicario tales insi- dias molitus est. Starchaterum insolitata granditate conspicium, non solum animi fortitudine, sed etiam conden- dorum carminum peritia illustravit, quo promptiore ejus opera uteretur, & tenuis ætatis humanæ circulus donavit, ut in his totidem execrabili operum auctor eva- H deret. Quimox Vicarium adiens, inque ejus contuber- nio diversatus, insidias obsequiotexit, tandem piraticum cum eo opus aggreditur. Cùmque in quodam loco tempe- state vexarentur, ut majorem anni partem quiescere cog- erentur, deos humano sanguine propitiandos dixerunt. Itaque coniectis in urnam sortibus, regie necis victi- mam deposci contigit. Tunc Starchaterum factio ex vimi- bus laqueo regem invasit, pœnæ speciem dumtaxat exi- guo temporis momento daturum. Sed nodi rigor firmus exequens, supremum pendentis halitum rapuit. Star- catherus adhuc palpitanti ferro spiritus reliquias exhausti. *Saxo. lib. 6.*

Persona dissimulata.
Andragathus præfectus classis, socius & dux Maximi, quem odio Gratiani milites crearent Imperatorem, lætica gestatus, justus est occurrere Gratiano, ut eum jugularet. In- terim rumor spargitur, advetare uxorem Gratiani, quæ Lug- duni Gallie maritum operiebatur, Gratianum verum esse ru- morem arbitratus, insidias minimè timuit, & ad vehiculum quasi